Ex quo sensu dicatur alia persona patris et alia filii
siue alius in persona pater alius filius.
De hoc nomine ypostasis.
De proprietatibus personarum et de nominibus earum relatiuis.
Quod non omnia dicuntur de deo secundum substantiam. quedam etiam secundum re
lationem. nichil tamen secundum accidens.
Qui dicatur proprium esse unigenitum filium dei esse. cum
et homines filii dei sunt.
Quod homo dicitur filius trinitatis et trinitas pater
hominum.
Quod spiritus sanctus eadem proprietate donum dicitur qua spiritus sanctus et utroque
modo relatiue ad patrem et filium.
Utrum pater uel trinitas possit uel filius possit dici spiritus sanctus.
Quod non omnino que relatiue dicuntur sibi a se uicissim
respondent uocabulis.
Que sunt ille proprietates quibus distinguuntur persone.
Quod non omnino idem dicere est esse patrem et genuisse et habere
filium.
Quod proprietates determinant ypostases non substantiam
id est naturam.
De generali regula eorum que ad se et eorum que relatiue dicuntur.
An secundum substantiam dicatur deus de deo et huiusmodi.
Quod non tantum tres sunt proprietates personarum.
An solus pater debeat dici ingenitus uel non filius.
sicut dicitur ingenitus.
Responsio ambrosii contra arrianos de ingenito.
An diuisum sit esse patrem et esse filium.
Si sapientia genita dicitur secundum relationem uel secundum substantiam.
De ymagine de principio.
Principium filii et ipse cum filio spiritus sancti.
Quod ab eterno pater est principium et filius sed non spiritus sanctus.
Quomodo pater sit principium filii et spiritus sancti. principium spiritus sancti.
An eadem notione pater et filius sint principium
spiritus sancti.
De hiis que temporaliter dicuntur de deo. et relatiue sicut
deus. quod non deo sed creaturis accidit.
An spiritus sanctus dicatur datus uel donatus relatiue
cum a se detur.
An filius dicatur equalis uel similis patri secundum substantiam
De sententia sancti hyllarii. qua in trinitate personarum
propria ostendit.
Quare patri attribuitur unitas.
Quare pater et filius dicantur esse unum uel unus deus.
sed non unus.
Quare dicitur esse equalitas in filio.
Quare in spiritu sancto dicitur esse uirtus concordia uel connexio.
Utrum pater uel filius ea dilectione diligat que procedit
ab utroque id est spiritu sancto.
Utrum pater sit sapiens sapientia quam genuit.
An filius sit sapiens a se ipso uel per se ipsum.
An una tantum sit sapientia patris. sicut in trinitate est
dilectio que est trinitas. non ideo sunt due dilectiones
et ita de sapientia.
Quare pater non dicitur sapiens sapientia genita. sicut dicitur
diligens dilectione que ab ipso procedit.
Utrum proprietates personarum sint ipse persone uel
diuina essentia   [C]onuenit.
Quod proprietates possunt esse in natura dei non eam determi

De uerbis hyllar
uidetur dicere non idem e
nature et non idem e
Utrum ita possit d
ut dicitur essentia et t
persone unius e
Quod potentia a c
ad personas dis
Quare patri po
tas tribuatur
tas trinum.
De hoc nomine trin
sit et quid sign
De scientia et pres
destinatione dei.
De quibus sit pres
De quibus predest
De quibus sapie
De quibus dispo
De quibus prouide
Utrum prescientia
tuit. si nullo
Quod scientia de
Quomodo omnia
Utrum omnia dei
cognitione. id
Quia tamen dei
entia dicitur e
Utrum idem sit om
Quod omnia que e
Quibus modis d
Quod deus non ubi
Ubi erat deus
Quod deus est sit in
natur sordibus
Cum deus sit in
in tempore mouetur
Quibus modis a
circumscriptibi
Quid sit mutar
Utrum spiritus creati sunt
Quod deus est ubique
An scientia uel
Utrum prescientia de
Utrum scientia dei
quo modo m
An deus possit n
aliquod.
Utrum deus possit
Quod deus et semper
An aliquis pre
plus saluari.
Quid sit reprob
sit predestination
Utrum aliquid sit in
De uariis s. hoc
An ea que semel
presciet et temp

…omnipotens. est nos
…pot.
…siderat.
…l posse. nisi quod
…melius quam fac.
…potuit. …est.
…rei est. et de signis
…tamen post dicendum
…tionum dominus sci…
…nil aliquid.
…est omnium quanti
…a que prima est
…nitas.
…salutem operatio
…elliguntur.
…ei. que precipit
…essarii possit
…alium congregare
…eum fieri.
…igitur mala fieri
…terior.
…me impletur
…contra dei vo…
…a facere et ma…
…uult impleri.
…ate aliud uult
…iam non volun…
…preteretur et
…unus velle.
…Incipit liber primus.
…legis continentia
…une etiam atque
…tibus nobis pre…
…tur. sacre pagi…
…na perspicue ver…
…augustinus ait in libro
…trina vel rerum est
…na discuntur. proprie
…ad significan…
…tio quorum usus
…t sunt aliqua
…o non in iustificando.
…ficandi gratia aliquid.

ut aliqua sacramenta legalia. Alia que non solum signi
ficant sed conferunt quod intus adiuvet. sicut evangeli
ca sacramenta. Ex quo aperte intelligitur que hic ap
pellentur signa. res ille videlicet que ad signifi
candum aliquid adhibentur. Omne igitur signum etiam
res aliqua est. quod enim nulla res est: ut in eodem
aug. ait. omnino nichil est. non autem e converso. Omnis res signum
est. que non adhibetur ad significandum aliquid. Cum
hiis intenderit theologorum speculatio studiosa atque
modesta divinam scripturam. formam pre
scriptam in doctrina tenere advertet. De hiis ergo
nobis aditum ad res divinas aliquatenus intel
ligendas deo duce aperire volentibus disserendum est.
et primum de rebus postea de signis disseremus.

Id ergo in rebus considerandum est. De rebus communiter agit
ut in eodem aug. ait quod res alie sunt
quibus fruendum est. alie quibus utendum est. alie que
fruuntur et utuntur. Ille quibus fruendum est nos beatos
faciunt. Iste quibus utendum est tendentes ad beati
tudinem adiuvant et quasi admniculantur. ut
ad illas res que nos beatos faciunt pervenire
eisque inherere possimus. Res vero que fruuntur et utuntur — De rebus que fruuntur
nos sumus quasi inter utrasque constituti et angeli et — et utuntur.
sancti. Frui autem est amore inherere alicui rei propter se — Quid sit frui et uti.
ipsam. Uti vero id quod in usum venerit referre ad
obtinendum illud quo fruendum est. Alias abuti est non
uti. Nam usus illicitus abusus vel abusio nomina
ri debet. Res igitur quibus fruendum est. sunt pater — De rebus quibus fruendum est.
et filius et spiritus sanctus. Eadem tamen trinitas quedam summa res
est communisque omnibus fruentibus ea. si tamen res dici debet
et non rerum omnium causa, si tamen et causa. Non enim facile potest
inveniri nomen quod tante excellentie conveniat
nisi quod melius dicitur trinitas hec unus deus. Res autem — De rebus quibus utendum est.
quibus utendum est mundus est et in eo creata. Unde
aug. in eodem. Utendum est hoc mundo non fruendum. ut invi
sibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspici
antur. id est. ut de temporalibus eterna capiantur. Item in
eodem. In omnibus rebus tamen ille sunt quibus fruendum est
que eterne et incommutabiles sunt. Ceteris autem utendum est
ut ad illarum perfruitionem perveniatur. Unde
aug. in libro x. de trinitate. Fruimur cognitis
in quibus ipsis propter se voluntas delectata conqui
escit. Utimur vero eis que ad aliud referimus
quo fruendum est. Item quod videtur uti frui et uti aliter

Notandum vero quod idem aug. quam supra …
in libro x. de trinitate. aliter quam supra
accipiens uti et frui. sic dicit. Uti est assumere
aliquid in facultatem voluntatis. frui autem
est uti cum gaudio non adhuc spei. sed iam rei. Ideoque
omnis qui fruitur utitur. Assumit enim aliquid in fa
cultatem voluntatis cum fine delectationis.
Non autem omnis qui utitur et fruitur. si id quod in facul
tatem voluntatis assumit non propter ipsum. sed propter aliud
appetit. Et attende quod videtur aug. dicere illos frui tamen
qui in re gaudent. non iam in spe. et ita in hac vita
non videmur frui. sed tantum uti. ubi gaudemus
in spe. cum supra dictum sit frui esse amore inherere alicui rei propter
se. quales etiam hic multi adheserunt deo.

[illegible] the [illegible] som [illegible] till Tavastehus slott pro Anno etc 1. 5 4 5

1545.

N° 7

a filio. et quo illi duo servant unitatem pacis. Spiritus ergo sanctus, ut ait Aug. in eodem, commune est aliquid patris et filii quicquid est illud. At ipsa communio consubstantialis et coeterna est. que, si amicitia convenienter dici potest, dicatur. sed aptius dicitur caritas. et hec quoque substantia, quia deus substantia est. et deus caritas est. Tria ergo sunt et non amplius. unus diligens eum qui de illo est. et unus diligens eum de quo est. et ipsa dilectio. que si nihil est, quomodo deus dilectio est? Si non est substantia, quomodo deus substantia est. *Quod sic spiritus sanctus communis est patri et filio in communi*

Hic notandum est quod sicut spiritus sanctus in trinitate specialiter dicitur caritas, que patris et filii unio, ita et nomen tenet proprie quod patri *nomen hic speciale* et filio convenit quod eodem modo congruit. Unde Aug. in xv. li. de trinitate. Si caritas inquit qua pater diligit filium. et patrem diligit filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum. quid convenientius quam ut proprie ille dicatur caritas. qui spiritus est communis ambobus. Hic attende. sanius creditur et intelligitur, ut non solum spiritus sanctus caritas sit in illa trinitate, sed non frustra proprie caritas nuncupetur propter illa que dicta sunt. sicut non solus in illa trinitate, vel spiritus est vel sanctus, quia et pater spiritus, et filius spiritus, et pater sanctus et filius sanctus. et tamen ille non frustra dicitur spiritus sanctus. Quia enim est communis ambobus id vocatur ipse proprie quod ambo communiter. Alioquin si in illa trinitate, solus spiritus sanctus est caritas, profecto et filius non solius patris, sed etiam spiritus sancti filius invenitur. Ait enim apostolus de deo patre: transtulit nos in regnum filii caritatis sue. Si ergo non est in illa trinitate caritas dei nisi spiritus sanctus, filius est etiam spiritus sancti. Sed quia hoc absurdissimum est, restat ut non solum ibi sit caritas spiritus sanctus. sed propter illa de quibus satis disserui, proprie sic vocatur. *Quod spiritus sanctus procedit a patre et a filio. xi.*

Hic dicendum est spiritum sanctum esse a patre et filio. et procedere a patre et filio. quod multi heretici negaverunt. Quod autem de utroque procedat, multis divinis eloquiis comprobatur. dicit enim apostolus. Misit deus spiritum filii sui in corda vestra. Ecce hic dicitur spiritus filii. et ibi. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse etiam filius de spiritu sancto dicit in evangelio quem ego vobis mittam a patre. patris autem spiritus dictus est. ubi legitur: Si spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis. Et ipse Christus dicit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. et alio loco. quem mittet pater in nomine meo. et alibi. Ipse clarificabit. et de spiritu ait. de patre procedit. his et aliis pluribus auctoritatibus ostenditur quod spiritus sanctus a patre et filio procedit. *Quod greci non concedunt spiritum sanctum procedere a filio.*

Greci tamen dicunt spiritum sanctum tantum procedere a patre et non a filio. quod ideo dicunt quia veritas in evangelio fidem integre continente. de processione spiritus loquens, solum patrem commemorat dicens. Spiritus qui a patre procedit. et etiam ideo, quia in principalibus conciliis que apud eos celebrata sunt, tria symbola eorum subiunxerunt anathematibus sancita sunt. ut nulli de trinitate fide aliud docere vel aliter predicare quam ibi contineatur liceat. In quibus quidem symbolis, cum spiritus commemoretur procedere a patre, et non a filio. quicumque a filio inquiunt eum procedere addiderit, anathema incurrit. Unde et nos arguunt anathematis reos. Adducunt etiam ad assertionem sue opinionis. et in testimonium [illegible] de symbolo fidei. quod secundum traditionem predictorum conciliorum, Leo tertius Rome transcriptum in tabula argentea, post altare beati Pauli apostoli posita, posteris reliquit pro amore ut ipse ait et cautela fidei orthodoxe. In quo quidem symbolo in processione spiritus solius commemoratur patris his verbis. et in spiritum sanctum dominum et vivificatorem, ex patre procedentem. cum patre et filio coadorandum et glorificandum etc. Illud est symbolum quod in missa cantatur editum in niceno concilio. In fine cuius subditum est qui aliter docuerit vel aliter predicaverit anathema sit. Sed hoc greci nos anathematizatos dicunt. quia dicimus spiritum sanctum procedere a filio. quod ibi non continetur. Quod enim secundum nos ibi dicitur: quia a patre filioque procedit. alterum a latinis est additum. scilicet filioque. *responsio [illegible] predicta.*

Nos autem illa verba determinamus. id est *[illegible]*. Qui aliud docuerit vel predicaverit. id est contrarium docuerit vel contrario modo predicaverit: anathema sit. Aliud ergo posuit pro opposito, quasi apostolus in epistola ad galatas. Si quis aliud aliud evangelizaverit. id est contrarium, anathema sit. non dicit si quis addiderit. Nam si illud diceret, sibi ipsi preiudicaret. ut ait Aug. qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat sicut ad thessalonicenses. ut suppleret que illorum fidei deerant. sed qui supplet quod minus erat addit. non quod inerat tollit. Qui autem pregreditur fidei regulam: non accedit in via. sed recedit a via. *responsio.*

Ad illud autem quod de evangelio opponunt: Respondemus ita. quod cum dicat in eo veritas spiritum sanctum a patre procedere, non addit solo. et ideo etiam a se procedere non negat. sed ideo patrem tantum nominat. quia ad eum solet referre etiam quod ipsius est. quia ab illo habet. *Quod greci in sensu nobiscum conveniunt et si verbis differant.*

Sciendum tamen est quod greci confitentur spiritum sanctum esse filii sicut patris. quia et apostolus dicit spiritum filii. et veritas in evangelio: spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud spiritum sanctum esse patris vel filii quam esse a patre et filio: etiam in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam convenire inveniuntur. licet verbis dissentiant. *Auctoritatibus grecorum ostenditur spiritum sanctum procedere a filio.*

Unde etiam quidam eorum catholici doctores intelligentes unam eandemque fore sententiam predictorum verborum quibus dicitur spiritus sanctus procedere a filio et esse filii. professi sunt spiritum sanctum procedere etiam a filio. Unde Athanasius in symbolo fidei. Spiritus sanctus a patre et filio, non factus. non creatus. non genitus. sed procedens. Ecce spiritum sanctum dicit aperte a patre et filio procedere. Didymus etiam eorum magnus doctor in li. de spiritu sancto. spiritum sanctum a filio procedere dicit. Salvator inquit. qui etiam

veritatis dicitur. Item: Loquetur a semetipso, hoc est non sine me et sine meo et patris arbitrio, quia inseparabilis est a me et a patris voluntate, quia ex se non est, sed ex patre et me est. Hoc enim ipsum quod subsistit et loquitur a patre et a me illi est. Item: Spiritum sanctum qui est spiritus veritatis spiritusque sapientie non potest audire a filio loquente qui nescit. Hoc ipsum sit quod profertur a filio, id est procedens deus de deo, spiritus veritatis procedens a veritate, consolator manens ex consolatione. Item Cirillus episcopus in epistola Nestorio directa ait: Spiritus intelligitur per se, secundum quod spiritus est et non filius; sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur et profluit ab eo, sicut et de deo patre. Johannes quoque Crisostomus in omelia quadam de expositione simboli sic ait: Iste est spiritus sanctus procedens de patre et filio, qui dividit dona propria prout vult. Item in alia omelia: Credendum est spiritum sanctum patris esse et filii. Istum spiritum sanctum dicimus patri et filio coequalem, et procedentem de patre et filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce a doctoribus grecorum aperta huius testimonia, quibus spiritus sanctus a patre et filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur spiritum sanctum procedere a patre et filio.

Utrum spiritus sanctus prius vel plenius procedat a patre quam a filio.

Item queritur, cum spiritus sanctus procedat a patre et filio, utrum prius vel magis processerit a patre quam a filio. Quod videtur ostendere hereticus ita dicens: Si processit spiritus sanctus de patre, processit utique aut nato iam filio aut non nato filio. Si vero iam filio nato processit, ante natus est filius quam processerit spiritus. Processit igitur nativitas filii processionem spiritus sancti. Si autem processit a patre non genito filio, ante processit quam filius genitus sit. His et huiusmodi questionibus magis laboriosis quam fructuosis

Responsio Augustini ad id quod primo querebatur.

respondet Augustinus in libro xv de trinitate dicens: In illa summa trinitate que deus est, intervalla temporum nulla sunt, per que possit ostendi aut saltem requiri, utrum prius de patre natus sit filius et postea de ambobus processerit spiritus sanctus. Nunquid ergo possumus querere utrum iam processerit de patre spiritus sanctus quando natus est filius, an nondum processerat, et illo nato de utroque processit? Non possunt prorsus ista ibi queri, ubi nihil ex tempore inchoatur ut consequenti perficiatur in tempore. Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem filii de patre, intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de utroque. Ecce his verbis absoluta est questio illa, qua querebatur utrum prius processerit spiritus sanctus a patre quam a filio.

Hic agitur de eo quod secundo querebatur, scilicet an plenius vel magis processerit a patre quam a filio.

Nunc tractandum est quod secundo querebatur, scilicet an plenius vel magis procedat spiritus sanctus a patre quam a filio. Ad quod dicimus quia sicut non ante procedit a patre quam a filio, ita non magis vel plenius procedit a patre quam a filio. Augustinus tamen in xv libro de trinitate dicit quod spiritus sanctus principaliter procedit de patre.

sion frustra inquiritur in hac trinitate, non dicitur verbum dei nisi filius, nec donum dei nisi spiritus sanctus, nec de quo genitum est verbum et de quo procedit principaliter spiritus sanctus nisi deus pater. Ecce audisti quod spiritus sanctus principaliter procedit a patre. Sed ne te hoc turbaret, exposuit ex quo

Hic quo sensu dixerit principaliter procedere a patre.

sensu dixerit, aperte subdens: Ideo addidi principaliter, quia et de filio spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi pater dedit, non iam existenti et nondum habenti, sed quicquid unigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit ut etiam de illo donum commune procederet, et spiritus sanctus spiritus esset amborum. Ecce exposuit quomodo dixerit spiritum sanctum principaliter procedere a patre: non quia prius vel magis procedat a patre quam a filio, sed quia cum procedat a filio, hoc ipsum habet filius a patre.

Hic eodem sensu dicitur spiritus sanctus proprie procedere a patre.

Ex eodem sensu etiam dicitur proprie procedere de patre. Unde Ieronimus in expositione catholice fidei Nichenique simboli ait: Credimus in spiritum sanctum qui de patre procedit proprie. Item: Spiritum sanctum verum deum invenimus in scriptura et de patre proprie esse, et natum de patre filium, et spiritum sanctum proprie et vere de patre procedere. Ecce aperte dicit spiritum sanctum proprie esse de patre et proprie procedere a patre. Quod non est intelligendum tanquam prius vel plenius a patre procedat quam a filio, sed quia hoc habet pater a se, non ab alio, ut de ipso sit et procedat spiritus sanctus; filius autem non a se, sed a patre hoc habet, ut de ipso sit et procedat spiritus sanctus.

Hic eodem sensu dicitur spiritus sanctus esse et mitti a patre per filium. [illegible]

Forte etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur spiritus sanctus a patre mitti per filium et a patre esse per filium. Unde Hilarius ad deum patrem de spiritu sancto et filio loquens in xii libro de trinitate ait: In sancto spiritu tuo ex te profecto et per eum misso. Item: Ante tempora unigenitus tuus ex te natus manet, ita quod ex te per eum spiritus sanctus tuus est. Quod etsi sensu non percipiam, tamen teneo conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem: Conserva hanc oro fidei mee religionem, ut quod in regenerationis mee simbolo professus sum, semper obtineam: patrem scilicet te, filium tuum una tecum adorem, sanctum spiritum tuum qui ex te per unigenitum tuum est promerear. Ecce aperte dicit spiritum sanctum a patre per filium et mitti et esse. Quod non intelligendum est quasi a patre per filium minorem mittatur vel sit, sed quia ex patre et filio est et mittitur ab utroque. Sed hoc ipsum habet filius a patre, ut ab ipso et sit et mittatur spiritus sanctus. Hoc ergo voluit significare Hilarius, distinctionem faciens in locutionem, ut ostenderet in patre esse auctoritatem. Isti etiam est quod veritas, ostendens patrem esse auctorem processionis qua procedit spiritus sanctus a filio, dixit in evangelio de patre procedit, cum de patre et filio procedat spiritus sanctus. Unde Augustinus contra

Questio: cur filius dixit de spiritu sancto, quod de patre procedit.

sed si de patre et filio procedit spiritus sanctus, cur filius dixit de patre procedit?

De patre procedit, dicitur. Non dixit procedit solo. Similis locutionis genus.

Cur putas, nisi quia solet ad eum referre

Caute.

te etiam quod ipsius est de quo et ipse est. Sic ipse ait:

BIBL. UNIV. HELS. Mscr.